



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

2 vtrum sit speciale peccatum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum sacrilegium sit sacræ rei uiolatio.

ipsum uotum iniuriam facit, & tamen non est sacrilegium omittit ieiunium uotiuum.

¶ Secundum est, quod in litera in responso ne ad primum secun- di articuli, asserit sacrilegium esse, si q̄s peruertat uerba diuinae legis. Et tamen in 3. arti non inuenitur locus, in quo diuina lex ponatur inter res sacras, ut patet discurrunt personas, loca, & res ibi enumeratas.

¶ Quartum est, quod in litera tertii articuli exprimentur tres sacrilegii species, & gradus earum. Et dicitur in responso ad primum, q̄ est ibi diuersitas formalis, quæ tamen non explicatur. Nec apparet maior diuersitas inter illas species, q̄ inter gradus unius species, puta, inter iniuriam Eucharistiæ, & furtum uini agni, qui esset ecclesiæ.

¶ Quintum est, in quo consistit agere directè contra sanctitatem alicuius loci, personæ, uel rei, ut proprie sacrilegium sit, ut in responso ad tertium tertii articuli dicitur.

¶ Sextum, an sacrilegium quod committitur contra sacramentum Eucharistiæ sit grauisimum inter omnia sacrilegia simpliciter, an inter omnia sacrilegia tertia species. Et est ratio dubia, quia quomodo hoc intelligitur in litera tertii articuli in corpore, non explicatur.

¶ Septimum est, an percussio Eucharistiæ, committat sacrilegium excommunicatum ab ecclesia, ita q̄ sit excommunicatus. Et est ratio dubia, quia hinc apparet q̄ sic: quia

¶ Tertium est, quod si quis permiserit ludæos officia publica exercere, uelut in sacrilegium excommunicatio profertur: sed officia publica non uidentur ad aliquod sacramentum pertinere. ergo uidetur quod sacrilegium non importet uiolationem alicuius sacri.

¶ 2 Præter. Maior est uirtus Dei, quam uirtus hominis: sed res sacræ a Deo sanctitatem obtinent. ergo non possunt per homines uiolari. & ita sacrilegium non uidetur esse sacræ rei uiolatio.

¶ 3 Præter. Maior est uirtus Dei, quam uirtus hominis: sed res sacræ a Deo sanctitatem obtinent. ergo non possunt per homines uiolari. & ita sacrilegium non uidetur esse sacræ rei uiolatio.

¶ Sed contra est, quod * Iñsidio dicit in lib. Ethymo, quod sacrilegus dicitur ab eo, quod sacra legit, id est, furatur.

¶ Respon. Dicendum, quod si cut ex supra dictis patet, sacramentum aliquid ex eo, quod ad diuinum cultum ordinatur. Sicut autem ex eo quod aliquid ordinatur in finem bonum, sortitur rationem boni: ita etiam ex hoc quod aliquid deputatur ad cultum Dei, efficitur quoddam diuinum, & sic ei quædam reuerentia debetur, quæ refertur in Deum. Et ideo omne illud, quod ad irreuerentiam rerum sacrarum pertinet, ad iniuriam Dei pertinet, & hæt sacrilegii rationem.

¶ Ad primum ergo dicendum, quod secundum * Philo. in 1. Eth. bonum commune gentis, est quoddam diuinum: & ideo antiquitus retores rei publicæ, diuini uocabantur, quasi diuine prouidentia ministris, secundum illud Sap. 6. Cum essetis ministri regni illius, non re- tæ iudicatis. Et sic per quandam nominis extensionem illud, quod pertinet ad irreuerentiam principis, si disputare de eius iudicio, an oporteat eum sequi, secundum quandam similitudinem, sacrilegium dicitur.

¶ Ad 11. dicendum, quod populus Christianus per fidem, & sacramenta Christi sanctificatus est, sicut illud 1. ad Cor. 6. Sed abluti estis, sed sanctificati estis. Et ideo 1. Pet. 2. dicitur:

¶ Ad primum sic proceditur. Videtur, quod sacrilegium non sit sacræ rei uiolatio. Dicitur enim * 17. q. 4. Committit sacrilegium, qui de principis iudicio disputant, dubitantes an is dignus sit honore, quem princeps elegerit: sed hoc ad nullam rem sacramentum pertinere uidetur. ergo sacrilegium non importat sacræ rei uiolationem.

¶ 2 Præter. Maior est uirtus Dei, quam uirtus hominis: sed res sacræ a Deo sanctitatem obtinent. ergo non possunt per homines uiolari. & ita sacrilegium non uidetur esse sacræ rei uiolatio.

¶ Sed contra est, quod * Iñsidio dicit in lib. Ethymo, quod sacrilegus dicitur ab eo, quod sacra legit, id est, furatur.

¶ Respon. Dicendum, quod si cut ex supra dictis patet, sacramentum aliquid ex eo, quod ad diuinum cultum ordinatur. Sicut autem ex eo quod aliquid ordinatur in finem bonum, sortitur rationem boni: ita etiam ex hoc quod aliquid deputatur ad cultum Dei, efficitur quoddam diuinum, & sic ei quædam reuerentia debetur, quæ refertur in Deum. Et ideo omne illud, quod ad irreuerentiam rerum sacrarum pertinet, ad iniuriam Dei pertinet, & hæt sacrilegii rationem.

¶ Ad primum ergo dicendum, quod secundum * Philo. in 1. Eth. bonum commune gentis, est quoddam diuinum: & ideo antiquitus retores rei publicæ, diuini uocabantur, quasi diuine prouidentia ministris, secundum illud Sap. 6. Cum essetis ministri regni illius, non re- tæ iudicatis. Et sic per quandam nominis extensionem illud, quod pertinet ad irreuerentiam principis, si disputare de eius iudicio, an oporteat eum sequi, secundum quandam similitudinem, sacrilegium dicitur.

¶ Ad 11. dicendum, quod populus Christianus per fidem, & sacramenta Christi sanctificatus est, sicut illud 1. ad Cor. 6. Sed abluti estis, sed sanctificati estis. Et ideo 1. Pet. 2. dicitur:

Vos estis genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis: & ideo id, quod fit iniuriæ populi Christiani. s. q̄ ini- deles ei præficiantur, pertinet ad irreuerentiam sacræ rei. Vnde rationabiliter sacrilegium dicitur.

¶ Ad tertium dicendum, quod uiolatio hic large dicitur quæcunq̄ irreuerentiæ, uel ex honoratio. Sicut autem honor est in honorate, non autem in eo qui honoratur, ut dicitur in * 1. Eth. ita est irreuerentia est in eo qui irreuerenter se hæt, quamuis etiã nihil noceat ei, cui irreuerentiã exhibet. Quantum ergo est in ipso rem sacramentum, licet illa in se non uiolatur.

ARTICVLVS II.

Vtrum sacrilegium sit peccatum speciale.

¶ Ad secundum sic proceditur. Videtur, quod sacrilegium non sit peccatum speciale. Dicitur enim * 17. q. 4. Committit sacrilegium, qui in diuina legis sanctitatem aut nesciendo committunt, aut negligendo uiolant & offendunt: sed hoc fit per omne peccatum: nam peccatum est dicitur, uel factum, uel concupitum contra legem Dei, ut * Aug. dicit 22. cõtra Faustum: ergo sacrilegium est generale peccatum.

¶ 2 Præter. Nulli speciale peccatum continetur sub diuersis generibus peccatorum: sed sacrilegium sub diuersis generibus peccatorum continetur, puta, sub homicidio, si quis sacerdos occidat: sub luxuria, si quis uirginem sacratam uiolent, uel quæcumq̄ mulierem in loco sacro: sub furto, si quis rem sacratam fuerit: ergo sacrilegium nõ est speciale peccatum.

¶ 3 Præter. Omne speciale peccatum uenitur distinctum ab alijs peccatis, ut de iniuriis specialibus dicit in 5. Eth. sed sacrilegium nõ inuenitur abique alijs peccatis, sed quædoque coniungitur furto, quod homicidio, ut dicitur in non ergo est speciale peccatum.

¶ Sed contra est, quod opponitur spali uirtuti. s. religioni, ad quam pertinet reuereri Deum, & diuina ergo sacrilegium est spale peccatum.

¶ Respon. Dicendum, quod ubi- cunq̄ inuenitur spalis ratio deformitatis, ibi necesse est quod sit speciale peccatum: quia species cuiuslibet rei præcipue attenditur sicut ratione formalem ipsius, non autem sicut materiam, uel subiectum. In sacrilegio autem inuenitur specialis ratio deformitatis, quæ uiolatio res sacræ per aliquam irreuerentiam.

Infar. 2. ad 3. & q. 154. ar. 10. ad 3. 17. q. 4. c. Si q̄s suadere.

17. q. 1. c. Cõ- tituit i me.

Li. 10. Ety- mol. c. 18. in- cipit, sapiens circa med.

q. 11. ar. 5. & 1. q. 101. ar. 4.

Li. 7. Ethic. c. 2. in fi. 10. 5

relatione tamen ad personas, quae sunt uelut extrema huiusmodi inuoluntaria, dicitur, quia simonia est inter homines ex utraque parte, nam homines emunt, & uoluntaria sacra. Sacilegium autem est inter hominem sacrilegum & unam, & Deum ex altera parte, cuius finis est, quod etiam in sacrilegiis personae & in iuris, persona uelut Di concurrent. Unde & in littera prima articuli concluditur, quod omne quod ad irreuerentiam reuerentiam sacram pertinet, ad iniuriam Dei pertinet, & habet rationem sacrilegii. Et notandum ueneris sacras, sacrilegia est, inuoluntaria sacrilegia sunt personae contra uoluntatem Dei. Somnare ergo in diffinitione sacrilegii, uelut inuoluntaria, actionem iniuriosam per modum commutationis inuoluntariae. Et per hoc distinguitur sacrilegium a simonia, quae inuoluntaria facti Deo in rebus sacris, tamquam materia commutationis uoluntariae inter homines. 1. rei, communiter sumuntur, prout continentur & personae, & loca, & signa, & res, ut patet ex diuisione sacrilegii. 2. sacra, communitur etiam sumuntur pro sacro lubicantur, ut personae, & officium, ut sacramentum, & contentum, ut loca, & universaliter relative ad diuinum cultum, ut uasa, uelut, bona mobilia, uel immobilia, ut patet ex diuisione sacrilegii.

ideo est speciale peccatum, & op ponit religioni sicut enim Damasius dicit in quarto libr. Purpura, regale indumentum facta, honoratur & glorificatur: & si quis hanc perforauerit morte damnatur, quasi contra Regem uiolat. Ita et si quis rem sacram uiolat, ex hoc ipso contra Dei reuerentiam agit: & sic per irreuerentiam peccat.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod illi dicuntur sacrilegium in diuina legis sanctitate committere, qui legem Dei impugnant. Sicut haeretici & blasphemii, qui ex hoc quod Deo non credunt, incurrunt in fidelitatis peccatum: ex hoc uero quod diuinae legis uerba peruertunt, sacrilegium incurrunt. AD SECUNDUM dicendum, quod nihil prohibet unam speciem rationem peccati in pluribus peccatorum generibus inueniri, sicut per diuersa peccata ad finem unius, peccata ordinantur, prout est in uirtutibus. apparet, quibus imperatur ab una uirtute. Et hoc modo quocumque genere peccati aliquis faciat contra reuerentiam debitam rebus sacris, formaliter committit, licet materialiter sint ibi diuersa genera peccatorum.

AD TERTIUM dicendum, quod sacrilegium interdum inuenitur separatim ab aliis peccatis, eo quod actus non habet aliam deformitatem, nisi quia res sacra uiolat, puta, si quis iudex capiat aliquem de loco sacro, quem in aliis locis licite capere possit

ARTICULVS III.

Utrum species sacrilegii distinguantur secundum res sacras.

AD TERTIUM sic proceditur. Videtur, quod species sacrilegii non distinguantur secundum res sacras. Materialis enim diuersitas non diuersificat speciem, si sit eadem ratio formalis: sed in uoluntate quarumcumque rerum sacrarum uel esse eadem ratio formalis peccati, & quod non sit diuersitas nisi materialis, ergo per hoc non diuersificantur sacrilegii species. ¶ 2. Praeterea non uel esse possibile, quod aliqua sint eiusdem speciei, & cum hoc differant specie: sed homicidium, & furtum, & illicitus concubitus, sunt diuersae species peccatorum, ergo non possunt conuenire in una specie sacrilegii. Et ita uel, quod sacrilegii species distinguantur secundum diuersas species aliorum peccatorum, & non secundum diuersitatem rerum sacrarum. ¶ 3. Praeterea inter res sacras conueniuntur personae sacrae. Si ergo una species sacrilegii esset, quia uiola-

tur persona sacra, sequeretur quod omne peccatum, quod persona sacra committeret, esset sacrilegium, quia per quodlibet peccatum uiolatur persona peccantis: non ergo species sacrilegii accipiuntur secundum res sacras.

SED CONTRA est, quod actus & habitus distinguuntur secundum obiecta: sed res sacra est obiectum sacrilegii, ut dictum est. ergo species sacrilegii distinguuntur secundum differentiam rerum sacrarum.

RESPOND. Dicendum: quod sicut dictum est, peccatum sacrilegii in hoc consistit, quod aliquis irreuerenter se habet ad rem sacram. Debetur autem reuerentia rei sacrae ratione sanctitatis: & ideo secundum diuersam rationem sanctitatis rerum sacrarum, quibus irreuerentia exhibetur, necesse est quod sacrilegii species distinguantur. Tanto enim sacrilegium est grauius, quanto res sacra, in quam peccatur, maiorem obtinet sanctitatem. Atribuitur autem sanctitas & personis sacris, i. diuino cultui dedicatis, & locis sacris, & reb. quibusdam aliis sacris. Sanctitas autem loci ordinatur ad sanctitatem hominis, qui in loco sacro cultum Deo exhibet. Dicitur enim Macha. 5. Non pro loco gentem, sed pro gentem domini locum elegit. Et ideo grauius peccatum est sacrilegium quo peccatur contra personam sacram, quam quo peccatur contra locum sacrum. Sunt tamen in utraque sacrilegii species diuersi gradus lectionum differentiam personarum, & locorum sacrarum. Similiter etiam & tertia species sacrilegii, quae circa alias res sacras committitur, diuersos habet gradus secundum differentiam rerum sacrarum, inter quas summum locum obtinet ipsa sacramenta, quibus homo sanctificatur, quorum precipuum est Euchariustie sacramentum, quod continet ipsum Christum. Et ideo sacrilegium quod contra hoc sacramentum committitur, grauissimum est inter omnia. Post sacramenta autem, secundum locum tenent uasa consecrata ad sacramentorum susceptionem, & ipsae imagines sacrae, & reliquae sanctorum, in quibus quodammodo personae sanctorum uenerantur, & de honorantur, deinde quae pertinent ad ornatum ecclesiae, & ministrorum, deinde ea quae sunt deputata ad sustentationem ministrorum siue sint mobilia, siue immobilia. Quicumque autem contra quodcumque praedictorum peccat, crimen sacrilegii incurrit.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod non est in omnibus praedictis eadem ratio sanctitatis: & ideo differen-

actus, uel persona Deo promissa est, ad diuinum ordinatum cultum, ac per hoc eius subtractio, quae in transgressione uoluntaria fit, sacrilegium est. Attestatur hoc autem & sacri canones decernentes sacrilegium esse, si quis pecuniam legatam ecclesiae non soluat, ut patet decima septima quaestione quarta, capitulo. Sacrilegium. Attestatur & author in littera, in calce tertii articuli dicens sacrilegium esse, si uirgo Deo dicata fornicetur. Constat namque non solum Deo, sed solum Deo dicatae uirginitatis fieri uirginem Deo dicatam. Unde sicut mulier uouens abstinere a ueneris, dicat se ipsam Deo quod ad immunitatem ab his, ita uouens ieiunium, uel aliud personale, dicat se ipsam quod ad illud, & sanctificatur persona quod ad haec, huiusmodi uotis. Et propterea si transgreditur, peccat contra sanctitatem suae personae peccato sacrilegii. Si uotum autem non personale, sed reale est sicut de re mobili, siue immobili, sacrilegium est contra sanctitatem rerum omnino adimplere, sicut negans legatum ecclesiae. Et hinc habes, quod frangens ieiunium uotiuum, peccat peccato gulae, & sacrilegii, si inordinatio est etiam contra abstinenciam simpliciter: frangens autem ieiunium ecclesiae peccat solum peccato gulae, & sic de aliis.

AD SECUNDUM dubium dicitur, quod peruertere uerba diuinae legis, & uniuersaliter irreuerentia exhibita uerbo diuino, sacrilegium est terciae speciei. Nam & sermo diuinus sanctificatiuus est, iuxta illud Ioa. 13. Vos mundi estis propter sermonem, quem locutus sum uobis, & representatiuus est Dei, sicut sermo hominis representat hominem. Unde sicut sacramentorum, & imaginum sacrarum iniuria est in tercia specie, ita iniuria diuini uerbi, & uener-

Ar. l. huius q.

Ar. 1. huius q.

Ar. 2. huius q.

rc